

quo adoptatur, nec Filius eius proprie appellari possit. quae omnia à Christo ut DEI Filio longissime abesse claret, cum ab aeterno DEI Filius adeoque nunquam non DEI Filius fuerit, imo filius proprius, Patris proprii Rom. 8. v. 32. Iob. 5. v. 18. reliquis DEI filiis adoptivis contradistinctus Hebr. 1. v. 2. 4. 4. Nulla dari potest ratio, cur ob solam hereditatem Filius DEI dicendus sit unigenitus, cum possint esse multi heredes, qui non sunt Filii geniti. 5. Nec propter unitionem secunda Trinitatis persona Unigenitus DEI Filius dicitur. Unio enim facta est in tempore, generatio ab aeterno. Unio humanam, Generatio divinam Filii naturam respicit. 6. Christum ob prerogativam, quod videlicet tempore eius nullus fuerit talis DEI Filius, qualis in N. T. esse debuit, unigenitum DEI Filium dici concedimus, prerogativam autem eminentiorem aliam non agnoscimus, quam quod ex Essentia DEI ab aeterno est genitus. 7. Per resurrectionem & exaltationem declaratur quidem aeterna Filii à Patre generatio, per haec autem formaliter non constituitur, sed per totum gigni ex Patris essentia. 8. Denominatio filiorum DEI à Christo ei nomen unigeniti DEI Filii non imponit, sed potius Patris, cum Filii denominatio sit à Filio non à Patre.

17. 2. Quae Filium DEI vocant λόγον ut Psal. 33. v. 5. Iob. 1. v. 1. 14. 1. Iob. 1. v. 5. c. 5. v. 7. Apoc. 19. v. 13. ita quoque paraphraeses Chaldaea sapientissime usitur voce כְּדִבְדִּי in locis de Filio DEI agentibus. Salutaris autem λόγος Filius DEI, non ideo tantum, quia omnia populo DEI erat annuntiaturus, ut Photinians placet, sed & alijs de causis, quas optimè explicarunt veteres Ecclesiae Doctores. Ita enim Basiliscus λόγον dictum putat Filium DEI ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας γενήθη, ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐγενήθη, ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας γενήθη, ὅλον ἐν ἑαυτῷ δεκτικὸς τῆς γενήσεως καὶ τέλει τῶν ὑπάρχων κατ' ἑαυτὸν, quae eadem ferè reperit Nazianzenus praememoratus, addit λόγον Filium DEI διὰ τὸ συναφές καὶ διὰ τὸ ἰσαγγελικόν.

B 2

18. Hinc

Tom. 1.
homil. 16Lib. 4. de
Theol. orat. 2. de
Filio.